recognovit. Quia ipse Gnosos Ostaphium, Stanislaum, Joannem Franciscum et Martianum Stanowskies, olim Gnosi Joannis Stanowski Filios et Successores legitimos, eorumque posteros de Summa Duorum Millium florenorum polonorum, olim Gnoso Lucae Falecki, sui Recognitis Parenti, per supratum olim Gnosum Joannem Stanowski modo Simplicis Debiti coram Actis Terrestribus Premysliensibus seu alijs quibusvis authenticis Regni ad solvendum assecurata, in se vero Recognitem Jure divino et naturali Successione devoluta: necnon de eadem ipsa Inscriptione debitorea Terrestri Premysliensi, sive alia quavis authentica Regni Caucpta accepta summaeque eiusque Duorum Millium florenorum polonorum per manus Generosi Alexandri Boiskowski plenaria et sufficienti satisfactione Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat, Inscriptionem praefatam Debitoream in omnibus illius punctis, clausulis, articulis, vadijs, ligamentis, ac nexibus generaliter universis cassat, mortificat, et annihilat praesenti, sibi, suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Morski Jaskmanickie Obligat

Copia Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Comparens personaliter Gnosus Albertus Morski, sanus mente et corpore existens 132 a Terris, Dictionibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis, quovis et competentibus recedendo, praesentibus vero Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipso Bona sua propria ______ infrascripta nempe totam et integram Villam Jureczkowa, in Palatinatu Russiae, Terra et Districtu praesenti Premysliensi consistentem cum suna et praediis ibi sitis cum omni praemissorum Jure, dominio, proprietate, tituloque obli

gatorio, cumque omnibus et singulis eorumque bonorum utilitatibus, fru
ctibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus;
tum agris, pratis, campis, pascuis, pascuarijs, sylvis, borris, gajis,
nemoribus, indaginibus, rubetis, vepretibus, stagnis, piscinis magnis
et parvis, lacubus, paludibus, fluvijs, fluminibus, rivis, rivulis, tor
rentibus, aquarum decursibus, tabernis et molendinis, nec
non subditis, cmethonibus, hortulanis, inquilinis, eorumque laboribus,
censibus, dationibus, vecturis, munijs et officijs ac obsequijs quibusvis,
structuris et aedificijs quibusvis, attinentijs et pertinentijs generaliter
universis. Nihil ex praemissis iuris, dominij, proprietatis, ac cuiuslibet
competentiae et praerogativae pro se Recognoscente, suisque successoribus, aut
quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia
et singula ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsaque
concernebant, ac eidem legitime serviebant; Iam ex nunc et de facto
Generoso Jacobo Jaslmanicki, et illius posteris in summa undecim
millium florenorum polonicorum per se Recognoscentem levata, de qua per
cepta, supradictum Generosum Jaslmanicki quietat, hinc et a data
praesentium ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post bi
ennium proxime venturum incidens, et inde ex tunc eorumque
bonorum exemptionis, summaeque praefatae undecim millium florenorum
polonicorum persolutionis, ex tunc de biennio ad biennium festo
ad festum, et sic consequenter biennijs et festis sese continue
et immediate sequentibus usque ad exemptionem bonorum eorumque, sum-
maeque supradictae totalem et integram persolutionem obligavit, inscri
psit, et invadiavit, prout obligat, inscribit et invadiat praesentibus.
Inque quorum bona praesentium per se Recognoscentem obligata, praemissaque omnia praesentibus
invadiata, idem supradictus Recognoscens Generosusque Morski praenominato obli
gatorio suisque eiusque posteris tum ex nunc et de facto coram officio
pro simili die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinavit

p̄senti dat et admittit realem Intronem, et actualem, pacificumq; pos-
sessionem per Ministerialem quemcumq; competentem, et illos duos
dictae quaecunq; debent esse inscribend. per ipsum obligatarium
suum, et eius posteros, bona eadem p̄senti obligata praemissaq; oia p̄sent
inuadiata cum Universis eorumq; Utilitatibus et Usufructibus
competentiisq; et praerogativa quavis tenendi, habendi et possidend
illisq; quiete et pacifice utifruendi, ac ad nos, suosq; Successorum
quosvis beneplacitos usufructusq; libere et effectualiter convertend
modo ac iure obligatorio. Debebitq; et tenebitur praefatus Reverend
pro se, ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus
Summisq; quibusvis pecuniarum habitis et habend, praenominato obli
gatario suo inscribit et obligat p̄sentis ipsum et eius Successores,
in dictis bonis p̄senti obligatis et inuadiatis, et ratione eorundem
omnium, ab omni et qualis impetitione iuridica quarum
cunq; personarum cuiuscunq; conditionis, Statusq; et Sexus cuiuscun
que existend exorirunq;, in omni Iudicio et officio Regni, semper
toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, in
tercedere, et eliberare, indemnemq; cum posteris reddere,
necnon haec eadem bona obligata ab omnibus in genere
Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem
bona obligata, modo quovis cuicunq; personarum factis
et faciendis, tum etiam a quibusvis litibus in eadem
bona improvisatis et improvisandis, Luitis denique et lueris
processibusq; Iuris quibusvis, in quocunq; puncto et gradu
Iuris dependendis et in quovis Iudicio ac officio Regni
obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus p̄senti obligatis
et inuadiatis modo quocunq; perductis et perducend
emundare et eliberare, mundaq; et libera semper facere

ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praedicto admissam
in fundo bonorum praefatorum praedictorum obligatorum, dum per Ministerialem
et Nobiles duos opposite requiretur non denegare, imo debebit
et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere
claraque et admissa eaque possessionem et usum fructuum praemissorum
omnium praedictorum obligatorum quovis modo tam per se, quam per
suas quasvis submissas et subordinatas personas non
impedire nec adimere, ipsumque obligatarium suum, et illius
posteros, in praemissis omnibus nullo modo iniuriari, ita ut hac
eaque bona idem obligatarius suus, suis cum posteris cum uni-
versis eorumque utilitatibus et usufructibus, competentiaque et
prorogativa quavis quiete et pacifice Inscriptionis praedictae obli-
gatoriae vigore tenere, habere et possidere queat, illisque uti frui
possit, usque ad Exemptionem bonorum eorundem, Summaeque Inratae
totalem et integram persolutionem, idque sub Vadio Summae Un-
decim Millium florenorum polonicorum per eundem Recognoscentem
sive eius posteros, praenominato obligatario suo, sive illius
posteris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad sol-
vendum succumbendo. Quo quidem Vadio, modo praemisso ad
solvendum succumbito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non
completa complenda, Praefatusque Nobilis Inratus Recognoscens Generosus
Albertus Morski, sive eius posteri, ad instantiam praefati
nominati Generosi Jacobi Jaszemanicki obligatarii sui
sive illius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense, extunc recessu sublato, quo eidem respondendo
spectabat mediante, semper in primo Citationis Termino

tanquam peremptorio Stare, Iuri parere, respondere, Vadium praetum Luere, Inscriptioni praesenti Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eaq omnia inscribit et obligat praesenti, eundem Terminum primum peremptorium, Vti et alios omnes exinde consequentes causa currentis Terminos semper peremptorios, Vera Infirmitate, maiori, Minorennitate Successorum, Legatione intra Vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, Vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praeterea Vtraque ad os Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis evasionibus, Suspensionibus facultatis Iuris, praetextu Termini, bello, Conventioneq, ac alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec quouis alio modo evadendo. Ita eius praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Morski et Jaskmanicki Rbnt

131 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Albertus Morski ab vna et Jacobus Jaskmanicki parte ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atq subijciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia